

Per ouū hō intelligit bonū celeste. ouū
em̄ h̄z exterius corticem intus dulcedinē
Cortex em̄ est ipsū celū qđ tanq̄ saccus
gloriam eius occultat. **D**ulcedo aut̄ p̄si-
stet in duplici substantia. sc̄q̄ albuminis ⁊
vitelli. q̄z in cristo est hūana natura tāq̄
albumen qđ in carnē puerit̄. **E**t natura
diuina tanq̄ vitellus ex quo dulcedo glo-
rie generat̄. **E**t p̄ scorpionem intelligitur
pena eterna. demones em̄ mō blandiunt̄
p̄ delectatōnem peccati. sed tunc pūgent̄
p̄ acerbiteret sup̄licij. **D**eus igitur dat
ouū. i. gloriam dulciter reficientem. h̄ di-
abolus dat scorpionē. i. penā eternaliter
cruciantem. **S**cđo videndū est quare
letanie isto tempore magis fiunt. **S**ciens
dum aut̄ qđ fiūt maxime p̄pter duas cās
Prima vt teneri fructus terre p̄seruent̄.
quos demones isto tpe p̄ tēpestates de-
struere molliunt̄. cōtra quos in letanijs
campanas pulsamus tanq̄ tubas dei. ⁊
crucēs deferimus tanq̄ vexilla dei. orati-
ones ⁊ letanias p̄ferimus tanq̄ iacula
dei quibz demones iaculātur. **C**um istis
ergo tribz armis demones expellimus. s.
cum tubis. vexillis ⁊ iaculis. **S**cđa cā ē
vt orōnes nōstre christo ascēdente facili-
audiant̄. tunc em̄ petitiōnes nostras debe-
mus porrigere qñ aduocatus noster va-
dit ad curiam qui scit petitiōnes nostras
formare. **J**o. ij. **A**duocatum habemus
apud patrem ih̄sum xpm̄ iustum. quādo
frater noster p̄git ad ph̄sitorium qui scit ⁊
pōt nos iuuare. **B**ern̄. **P**uto qđ spernere
me non potest xps̄ os de ossibz meis ⁊ ca-
ro d̄ carne mea. qñ regis filius regnū suū
suscipit qui nos potest saluare. **S**olēt ei
regum filij dare munera dum regna susci-
piunt. vnde cantat̄. **E**t regnū in māu ei⁹
sc̄q̄ ad largiendū. **T**ercio videndū est
quare nō tñ in letanijs sed etiam qñ tem-
pestates fiūt cāpane pulsant̄. **I**pse quidē
campane sunt tube dei quibz demones
deterrent̄. **A**mos. iij. **S**i clanger tuba in

ciuitate ⁊ populus nō expauescet. **S**unt
cymbala dei quibz deus laudatur. **P**sal.
Laudate dñm in cymbalis benesonātibz
Sunt precones de quibz populus puo-
catur. **A**ūc. r. **F**ac tibi duas tubas quibz
puocare possis multitudinē. **C**āpane aut̄
successerunt in loco tubaz. **P**ulsant̄ igit̄
enā campane vt demones effugentur vt
deus laudet ⁊ populus vt ad orandum
incitet̄.

In die Ascensionis domini.
Sermo primus

Quī descendit

Ipse est qui ascendit sup̄ oēs
celos. **E**ph̄. vi. **Q**uia humilitas est via
ad gloriā. ideo apostolus primo ostendit
cristū humilē descensum cum dicit qđ descē-
dit. secūdo eius gloriosum ascensum. cūq̄
subdit. ipse est qui ascēdit sup̄ oēs celos
Istū aut̄ ascensum ⁊ descensum describit
Ambro. in libro. de ysaac dicens. **S**alu-
quodam christus venit in hūc mundum
Apud patrē erat in virgine. venit ex vir-
gine in p̄sepe transiuit. descendit in mun-
dū. ascendit in crucē. descendit in tumulū
surrexit ex tumulo. ascēdit ad celū ⁊ seder
ad dexterā dī patris **E**cce scala que habet
septē gradus p̄ quā xps̄ humiliter descē-
dit ⁊ gloriose ascendit. **P**rimus gradus
est qđ de sinu patris venit i virgine vter
Et iste fuit gradus magne hūilitatis. de
quo d̄r etiā **P**hil. ij. **S**emenipsum exina-
miuit ⁊ c. vbi ponit apls quadruplicē xpi
hūilitatē. **U**na est qua p̄formauit filium
se fecit seruo qñ voluit legi subijci ⁊ cruci
cidi. iō d̄r. formā serui accipiēs. **S**ecūda
hūilitas est qua p̄traxit pentelā cū seruo
iō subdit̄. in similitudinē toīm factus.
Tercia hūilitas est qua induit habitum
serui. iō em̄ d̄r. **E**t habitu inuentus vt
hō. **Q**uarta est qua voluit mori p̄ seruo.
iō subdit̄. **F**acit̄ obediens vsq̄ ad mortē
Secūdu gradus scale est quo de vtero

De Ascensione

domini

venit in presepiū. et iste est gradus magne asperitatis. qz lectum habuit durum et asper. vbi tria fuerunt que asperitatem fecerunt. scz teneritas pueri. vilitas panni. et duricia presepij. **Luce. ij.** Invenietis infantem. ecce puer qz delicatus. pannis involutum. ecce qz vilibus pannis fuit rector positum in presepio. ecce qz durus fuit lectus. **Tercius** gradus est quo de presepio venit in mundū. et iste fuit gradus magne paupertatis. **Ipse** enim fuit pauper in vita. in morte. et post mortem **Matth. viij.** Vulpes foveas habent et volucres celi nidus. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. ac si dicat. nec habeo foveam sicut vulpes. i. sepulturā post mortē ad quiescendū. nec habeo nidum sicut volucres. i. domū invitā ad habitandū. nec habeo in morte. i. in cruce tabulā siue ceterical ad caput reclinandum. **Quartus** gradus est quo de ipso mundo ascendit in patibulum. et iste fuit gradus magne caritatis. **Johan. xv.** Maiorem hac dilectionem nemo habet etc. **Ibi** enim totus fuit igne amoris plenus. qd manifestatur per sanguinē. colorem et per vestitū denudationem. et per sitis intensiōem. per corporis ruborem. et per sanguinis impetuosam emanationem. **Quintus** gradus est quo descendit in tumulum. et iste fuit gradus magne pietatis. **Magna** namqz fuit pietas visitare illos sanctos patres qui erāt desolati et ppter damnū qz deivisione erant priuati. et ppter umbrōsum locū qz erant in tenebris involuti. et ppter sordium qz demōnibus erant vicini. Sed xps eos fuit solatus. qz suam faciē eis restituit. et ad locum lucidū eos deduxit. et socios angelorum eos fecit. **Propter** ista oia dicit ysa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. **Sextus** gradus ē quo de tumulo in mundū rediit. et iste fuit gradus magne felicitatis. **Leo papa.** Post passionē suam ruptis vinculis mortis in

firmitas in virtutem. mortalitas in eternitatem. **Prumelia** transiit in gloriā. **Septimus** gradus est quo de ipso mundo ascendit in celū. et iste fuit gradus magne maiestatis. ascendit enim cū iubilatione angelica. **ps.** Ascendit deus in iubilatione et dñs in voce tube. Ascendit invitatus voce paterna. **ps.** Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. **Can. ij.** Revertere dilecte mi revertere. Ascendit virtute propria. **Isa. lxxij.** Gradus in multitudine virtutis sue. Ascendit cū nube lucida. De hoc actu. **j.** Nubes suscepit eū ab oculis eorum. Ascendit cū societate decora. scz cū angelis et animabus. **Gene. xxxij.** Cū duabus turmis regredereor. ideo cantat eccia. Omnis pulchritudo dñi exaltata est sup sidera. et dixit **Dis** pulchritudo qz exaltata est pulchritudo deitatis. qz hodie ostendit suam potentia. pulchritudo sui corporis. qz induit immortalitatē. pulchritudo aīe. qz induit impassibilitatē. pulchritudo angelica. qz hodie recuperavit sui numeri integritatem. et pulchritudo humana. qz hodie anime sanctorum receperunt eternā felicitatem. **In** illa enim processione fuit quicquid pulchrum erat in celo. scz angeli. quiddā pulchrum in inferno scz patres de limbo educti. quicquid pulcherrimū in mundo scz apostoli et ceteri discipuli. et quicquid pulchrum super celū et mundū scz xps et beata virgo.

De eodem festo Sermo. ij.

Pallite deo qui ascendit super celum celi ad orientem. ecce dabit voci suę vocem virtutis. **psalm.** **Propheta** omnes ad gaudendū invitavit quando christus ad celos et in celum ascendit. et celestem ianuam aperuit. **In** premissis vobis quatuor sunt vidēda. **Pri**mo nāqz qualiter xps ascendit. qz cū iubilatione angelica. qd notatur cum dicit. **psalm.** **Pallite** deo qui ascendit. Angeli enim cū multa iubilatione ipsum in celum deduxerunt.

Fit aut iubilatio et sonus musicus scdm
Aug. tribus modis. aliquando in voce sicut
 in cantu. aliquando flatu sicut in tuba. ali-
 quando pulsu sicut in cythara. **U**t ergo osten-
 dat qd angeli in christi ascensione habue-
 runt omnia genera musicor. id aliquando
 dicitur qd ibi fuit sonus qui fit cum voce
Iubilare deo in voce exultationis. Aliqu-
 ando dicit qd fuit ibi sonus qui fit cu flatu. ps.
Ascendit deus in iubilatoe et dñs i voce
 tube. Aliqu dicit qd fuit ibi sonus qui fit
 cum pulsu **Uñ ps.** Laudate eum in psal-
 terio et cythara. Similiter et nos pro sua
 ascensione ipsum laudare debemus voce
 p gratiaru actiones. **Eccle. xliij.** Benedi-
 centes dñm exaltate eum qm potestis
 et c. **Flatu** p cordis deuotionem **Eph. v.**
Cantantes et psallentes in cordibz vñs
 domino. Et pulsu per bonam opationem
 matix. v. **G**uideant opa vestra bona et glo-
 rificent patre vestz qui in celis est **S**e-
 cundo videndum est quo ascendit. qz su-
 pra celorum alta. cum dicit **S**uper celoz
 celi. **C**hristus naqz descenderat infra oēs
 celos scilz infra celos materiales. quia in
 terra puerfatus **Baruch. iij.** Post hec in
 terris visus est et cum hominibz puerfa-
 tus. **I**ntra celos rationales. quia infra ho-
 mines factus. **Psal.** Ego autem sum ver-
 mis et non homo. **I**ntra celos intellectu-
 ales. quia infra angelos minoratus. ps.
Minuisti eni paulominus ab angelis et c.
Intra celum supsubstantiale. quia seruli
 forma indutus. **Phil. ij.** Cum in forma
 dei esset nō rapinam arbitratus est esse ei
 qualē deo sed semetipsum exinaniuit et c.
Sed qui sic infra omnes celos descendit
 hodie sup omnes ascendit. scz sup celos
 materiales. quia in celo empirico collat?
Psalm. **A** summo celo egressio eius et oc-
 cursus eius vsqz ad summū eius. **S**up
 celos rationales qz caput ecclesie pstitu-
 tus **Eph. j.** **I**psuz dedit caput sup oēm
 ecclesiam que est corpus illius. **S**up ce-

los intellectuales. qz angelorū dominus
 ordinatus. **I**bidem. **C**onstituit eum ad
 dexteram suam in celestibz **S**uper omne
 principatum et potestatem. **U**sqz ad celū
 supsubstantiale. quia vsqz ad dexterā pa-
 tris exaltatus. vñ dicit in symbolo arba-
 nsi. **A**scendit in celum sedet ad dexterā
 dei. **D**extera autem dei tripliciter accipit
Dicit enim dextera di. equalitas dei. vel
 potiora bona dei. vel virtus et potestas di
Christus autē est et deus noster frater no-
 ster et iudex noster. **I**nq̄trum igit ē deus
 noster sedet a dextris dei. i. in eq̄litate dei.
Psal. **D**ixit dominus domino meo sede
 a dextris meis. **I**nq̄trū vero est frater no-
 ster. i. ver homo sedet a dextris dei in po-
 tioribz bonis di et potiori modo. **Act. viij.**
Ecce video celos apros et c. **I**nq̄trum est
 iudex noster sedet a dextris dei. i. in poten-
 tia dei. **N**am dedit sibi potestatem omne
 iudicium facendi **Matth. xlii.** **D**ata est
 mihi omnis potestas in celo et in terra
Tercio videndum est vnde ipse ascendit
 qz ab orientali plaga. cum dicit **A**d ori-
 tem. **R**atio autem quare potius ad ori-
 entem qz ad occidentem ascendere voluit
 est. qz plaga orientalis erat odiosa. et eo
 scz qd ibi ortū habuit prima preuicatio
Erat maledicta quia ibi ortuz habuit pri-
 ma maledictio dei. **E**rat immunda. quia
 ibi ortuz habuit prima sanguinis effusio
Sed deus contra tria mala ibi fecit tria
 beneficia. **P**rimū est. quia ab oriente ma-
 gos vocauit. vt quia erat odiosa propter
 primam preuicacionem. fieret gratiosa
 ppter primam gentium vocationem. **S**e-
 cundum est. quia ab oriente ad iudicium
 est venturus vt quia ibi audita fuit pri-
 ma di maledictio. ibi autem audiatur eter-
 na dei benedictio. qua dicit **V**enite bene-
 dicti patris mei possidete paratū vobis
 regnum a constitutione mundi. **T**ercium
 est quia ab oriente ascendit vt qz erat im-
 munda p sacram ascensionē fieret munda.

Erat quidem immunda terra per effusio-
nem sanguinis innocentis. sed ipsam mū-
dauit per asperionē sui sanguis. Erat im-
munda aqua per ablutionē hostiarū immo-
laray. ysolis. sed eā mundauit per tractū
sue carnis mundissime. Erat immundus
aer ex fumo incensoy. sed xps eum mūda-
uit per suū gloriosum ascensum. **Quar-**
toidendū est ppter quid ascendit. quia p
celesti ianua referāda qd notatur cum dicit.
Ecce dabit voci sue vocē virtutis. illā scz
vocem de qua dicit in ps. Tollite portas p-
ciēs vestras et eleuamini porte eternales
et. In magnis namqz palacijs psuenerit
esse tres ordines ostioy. Ideo deus pala-
cio celi tres posuit portas. put significatū
est Gene. ii. scz angelicā custodiam que si-
gnificabat inimiciā inter angelū et ho-
minem. Rumpitā bis acutam que rep-
tat diuinā iusticiā. que satisfactōnem re-
quirebat et hominem in corpore et aīa incide-
bat. Et ignis vehementiam que signifi-
cabat obligatōem ad penā eternā. Sed in
baptismo xpi remota est vna clausura scz
ignis vehementia. Aqua em̄ baptismatis
extinguit oēm vim ignis infernalis. Ideo
celum tunc fuit apertum. In passione vero
ablata est secunda clausura scilicet rumpitā
acuta. i. diuina iusticia. qz tunc sufficiens
precii soluit diuine iusticie et diuine iusti-
cie satisfecit. ideo dicere poterat. Aprite
mibi portas iusticie. In ascensio vero ab-
lata est tertia clausura scz angelica custo-
dia. qz angelos hominibz reconfiliauit. et
vtrosqz secū in celum deduxit. et ideo tam
homines qz angeli qui eum sequebant clama-
bant dicentes. Tollite portas principes
vestras et eleuamini porte eternales et in-
troibit rex glorie.

Eodem die Sermo. iij.
Quidentibz illis eleuatus est et nu-
tes suscepit eum ab oculis eorū
Actu. j. In verbis premisissis ostē-
ditur qd christus tripliciter ascendit. scilicet

et patenter. sublimiter et reuerenter. **Pa-**
tenter cum dicitur. **Q**uidentibz illis. In
christo namqz fuerunt quedam misteria
que fuerunt occulta sicut resurrectio. quia
nullus eam sciuit nisi xps. Sed qualiter
claustra inferni p̄fregit. et qualiter de mo-
numento clauso exiuit nulli manifestū fu-
it. Quedam vero fuerunt ex parte occul-
ta et ex parte manifesta sicut natiuitas. qz
autem fuit in presepio reclinatus hoc fuit
manifestū. sed qd fuit de spū sancto p̄ceptū
et clauso vtro natus hoc fuit occultum.
Quedam fuerunt manifesta. sicut passio
et ascensio. Eius namqz resurrectio erat
magne sublimitatis et ideo voluit eam cē
occultam. Eius natiuitas fuit magne hu-
militatis in quantum fuit pannis inuolu-
tus et in presepio reclinatus. et quantum
ad hoc voluit ipsam esse manifestam. Et
fuit magne dignitatis in quantum fuit de
spiritu sancto p̄ceptus et quantum ad hoc
voluit ipsam esse occultam. Passio autē
christi cedebat ad magnam infirmitatem
et vilitatem. et ideo voluit eam esse manife-
stam. Ascensio autem cedebat ad patris
honorem et discipulorum consolationem.
et ideo voluit eam esse manifestā. Ex quo
patet qd Ihesus christus abscondebat su-
a sublimia et manifestabat sua infima et ea
que erant ad honorem dei et edificationē
proximi. Sed nos econuerso facimus.
quia nos nostra infima abscondimus. et
nostra sublimia propalamus de dei hono-
re et populi edificatione sepe parum cura-
mus. Per hoc ergo qd christus vidētibz
discipulis ascendit datur intelligi qd an-
te oculos cordis nostri eius ascensionem
semper habere debemus. Qui enim ipsam
sepe meditatur diuinā gratiam prome-
ratur. Hoc significatum est quarti Regū
ij. capitulo. vbi cum helix eius videret he-
liam in curru igneo ascendentem. recepit
duplicem spūm et pallium. Illi enim qui
xpm ascendentem per fidem et deuotōem

aspiciunt sepe recipiunt spm̄ duplicem. i. ad duo sc̄q ad remissionem peccatorū et ad munera virtutū. Recipiunt etiam palliū i. sanctitatis exemplum primo adhibendum. Christus autē non indiguit spiritu duplici sed simplici. qz non habuit ipsos ad remissionem peccatorū. qz nullum peccatum p̄misit. Habuit tamē spiritum ad munera virtutū et omnī gratiā. Ascendens etiam in celum nō indigebat pallio i. exemplo. qz exempla nō sunt necessaria nisi in presenti vita. **S**c̄do x̄ps ascendit sublimiter. cum dicit **E**levatus est. Nos etiam debemus ad ipsum eleuari et ad ipsum ascendere scala que quatuor gradus debet habere. Primus gradus debet eē. s. terrena despicere. et per hunc gradū elenatus est **E**zechiel qui ait. **E**zech. viij. Eleuauit me sp̄s inter celum et terram. **N**ō enim dixit Dimisit me i. terra. qz ibi sunt auari terrena appetentes. nec dixit. posuit me in celo. qz ibi sunt boni celestia possidentes. sed dixit. Eleuauit me inter celū et terram qz ibi sunt p̄fecti viri terrena despicientes. Sunt enī sup̄ terram p̄ terre noz p̄emptum et appropinquāt ad celū p̄ celestīū appetitum. Secundus gradus est op̄ibo misericordie vacare. Per istum gradū raptus ē abachuc. vt habet **D**an. xiiij. Qui raptus est ab āgelo vsqz in babilonem portans danieli prandium qd̄ et messoribz preparauerat. p̄ qd̄ dā intelligi qz homo interdum debet paupes remotos inquirere et de necessarijs dare et bonos iniustus preponere. Tercius gradus est deum et primū p̄fecte diligere. p̄ hūc gradū ascendit helyas qui in curro igneo raptus est. Currus igneus ē ipsa caritas quatuor rote sunt quatuor mōi diligēdi. sc̄q ex toto corde. ex tota mēte. ex tota aīa. et ex omnibz viribz. vel quatuor rote sunt quatuor diligenda. s. deus. amicus et inimicus et nosip̄s. Quartus gradus est diuine p̄templatōis insistere. Per hūc gra-

dum ascendit paulus et est et iū vsqz in tertium celum raptus. Ascendere autem in deum p̄ creaturaz visibilibz manuductionem est ascendere vsqz ad primū celū. Ascendere p̄ intellectualiū p̄sideratōnem est ascendere vsqz ad secundū celū. Ascendere autem p̄ intellectum ad dei formam immediatā intuitōnem est ascendere vsqz ad tertium celum. Tercio ascendit honorabiliter. cum dicit **E**t nubes suscepit eum. Voluit autem cum nube celesti ascendere ad innuendum qz sicut impleuerat terrestria mundū redimendo. et infernalīa patres educēdo. sic volebat implere celestia ruinam angelicam repando. vt adimplet illud qd̄ dicit **E**p̄l. iij. Qui descendit ipse est qui ascendit sup̄ omnes celos vt adimpleret omnia. Vt vero melius videamus quomō omnia adimplent. notandum qz in mūdo quintuplex erat defectus qui notat **G**en. i. Primus erat habitatōis gr̄te cum dicit. **I**n principio creauit deus celum et terrā. ac si dicat. terrā dedit homini. celum vero reseruauit sibi. Secundus erat ignorantie qz homo viam patrie nesciebat. cum dicit. tenebre erant. Tercius autem erat defectus gr̄tie. cum dicit. inanis. qz sicut dicit **E**ccl. xxx. **N**ō ino acharis. i. sine gr̄tia quasi fabulana. Quartus erat defectus misericordie cum dicit. et vacua. Erat enim vacua. s. dei misericordia et plēa dei iusticia. Quintus erat defectus pseuerāne. qz homines fragiles erant ad pseuerantiā boni et tolerantiā mali. cum dicit. **A**bysse. i. sine base virtutis. Christus igit̄ primo ascendit vt celestem ianuam aperiret. et sic adimpleuit defectū habitatōis gr̄te. **H**ebre. ix. **P**er propriū sanguinem introiuit semel in sancta sanctorū etc. Sc̄do ascendit vt viā in celum ostenderet et sic adimpleuit defectū scientie. **M**atth. ij. Ascendit p̄dens iter ante eos. Tercio ascendit vt sp̄m̄ sanctū mitteret. et sic adimpleuit defectū gr̄tie.

Johan. xvj. Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos etc. **Quarto** ascendit ut nobis intercederet. et patrem ad misericordiam inclinaret. et sic adimplevit defectum meum. **Hebre. ix.** Introivit in ipsius celum ut appareat vultui dei pro nobis. **Quinto** ascendit. ut per missionem spiritus sancti corda discipulorum debilia roboraret et sic adimplevit defectum perseverantie. **Psalm.** Verbo domini celi firmati sunt. et spiritus oris eius omnis virtus eorum

De eodem Sermo. iij.

Ecce duo viri ascenderunt in vestibus albis etc. **Isti** duo viri fuerunt duo angeli in forma virili positi qui apostolos instruxerunt. Ceteri autem psallentes cum christo ascenderunt. De ipsis namque angelis circa dominicam ascensionem quatuor leguntur. scilicet eorum revelatio. admiratio. deductio. et iubilatio. **Primum** namque est revelatio. Nam secundum dyonysium lex divine bonitatis est ut illuminationes suas infuset superioribus. superiores mediis et mediis inferioribus. ac inferiores nobis. **Ista** lex hodie est servata. Nam ipse christus suam ascensionem superioribus angelis revelavit quando ipsis interrogantibus. **Quis** est iste rex glorie. respondit. Ego qui loquor in stitiam et propugnator sum ad salvandum. ut dicitur. **Isa. lxiij.** Deinde ipsi superiores mediis revelaverunt. **Psalmista** Dies diei eructat verbum. Dies diei verbum eructavit quando revelavit ascensionis misterium superior ierarchie medie. Deinde mediis inferioribus revelaverunt quando ipsis inferioribus interrogantibus. **Quis** est iste rex glorie. responderunt. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Deinde ipsi inferiores nobis revelaverunt quando in formam viri apparentes dixerunt. **Hic** ihesus qui assumptus est a vobis in celum etc. **Secundum** est eorum admiratio. Admirabantur enim videntes quod terra ascende-

bat supra celum. Cum enim olim dictum sit **Proverbio. xxv.** Celum sursum et terra deorsum. iam in christi ascensione e contrario dici poterat. Terra sursum et celum deorsum. Admirabantur quod homo ascendebat supra angelum. Unde **psalmista.** Ascendit super cherubim et volavit. quod homo ascendebat usque ad deum. **Danielis. viij.** Venit usque ad virum qui sedebat in throno. Insuper poterant admirari de tali corporis qualitate. de tanta decora societate. et de tanta potestate. **Isaie. lxij.** Quis est iste qui venit de domo tinctus vestibus de bosra. ecce quod admirabilis corporis qualitas. **Iste** namque formosus in stola sua. ecce quod formosa societas. **Anime** enim sanctorum sunt decora vestis christi. gradiens in multitudinem virtutis sue. ecce quanta potestas. **Tercium** est eorum deductio. Deducebant enim ipsum in celum tanquam regem in signum reuerentie ad solium maiestatis. **Isa. ix.** Super solium david et super regnum eius sedebit. Tanquam summum sacerdotem et pontificem in signum obedientie templum paterne pietatis. **Hebre. iij.** Habentes pontificem magnum qui penetravit celos ihesum etc. Tanquam eternum iudicem in signum potentie ad sedem iudicarie patris. **Matth. xxv.** Cum venerit filius hominis in maiestate sua. tunc sedebit super sedem maiestatis sue etc. Tanquam victoriosum pugilem in signum victorie ad bravium triumphalis victorie. **Apo. iij.** Ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Tanquam sponsum in signum leticie ad thalamum nuptialis festivitatis. **Deut. xxxij.** Amantissimus dominus habitabit confidenter. in eo quasi in thalamo tota die morabitur. **Quartum** est eorum iubilatio. Angelorum enim qui cum christo ascende bant quidam precedebant ut viam prepararent et demones de aere expellerent. quidam vero comitabantur ut sibi assisterent. quidam sequebantur ut obsequium sibi exhiberent. **Deus** autem et qui precedebant et qui concommitabantur. et qui sequebantur

psalabant. et christum cum laudibus deducebant. quorum quidam vocibus iubilabant quidam tubis clangebant. *ps.* Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tubae. Quidam citharizabant. *ps.* Laudate eum in psalterio et cithara. quidam toto corpore plaudiebant. *ps.* Omnes gentes plaudite manibus. Omnes ei sine intermissione primum vocibus psalabant dicentes. Psallite deo nostro psallite regi nostro psallite.

De eodem

Sermo. v.

Dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei. *Marc.* vlti. Beatus marcus describens christi gloriosum ascensum quatuor ostendit. scilicet quod christus in sua ascensione habuit multam praesentiam. cum dicit Dominus quidem ihesus. et quod habuit cum apostolis magnam familiaritatem. cum dicit. Postquam locutus est eis. Et habuit in sua ascensione magnam sublimitatem cum dicit. Assumptus est in celum. quod habuit multam maiestatem. cum dicit. sedet a dextris dei. Potestas quidem eius ostendit quoniam dominus appellatur. ostendit quidem se dominum maris quoniam super mare ambulavit et eorum que sunt in mari quando magnam multitudinem piscium capi fecit. Ostendit se dominum terre quando in sua passione terra tremuit. Et eorum que sunt in terra quando mortuos suscitavit. Ostendit se dominum inferni quando rectes fereos perfregit. et eorum que in inferno quoniam demonem alligavit et sanctos patres inde eduxit. Hodie autem ostendit se dominum aeris. quando propria virtute per aerem ascendit et eorum que sunt in aere quando ipsum nubes lucida baiulavit. unde glossa. super illud *Act.* ij. Et nubes suscepit eum. dicit creatura videlicet obsequium creatori. Astra ei indicant nascentem. patiente operantur. ascendente nubes suscepit. Ostendit etiam

se dominum celi. quando celum se sibi aperuit et eorum que sunt in celo. quando omnis angelorum multitudo sibi obviavit et ipsum in celo deduxit. Secundo christus in sua ascensione ostendit apostolis magnam familiaritatem. Et hoc maxime in tribus. Primo in hoc quod cum eis comedit tamquam dulcis amicus. solent enim amici ab invicem discessuri inuicem epulari. Unde dicit. Et puerescens precepit eis etc. Secundo in hoc quod eis benedixit tamquam eorum episcopus ut habet *Luce* vlti. et j. *Peri.* ij. Conuersi estis ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. Tercio in hoc quod eos instruxit et increpavit tamquam magister verus. Unde dicit. quod exprobrauit incredulitatem eorum et duriciam cordis. Tunc enim eos maxime increpavit quoniam ab eis erat discessurus et videbantur potius consolationibus indigere. per quod datur intelligi quod nullus debet indignari si corripitur ab aliquo. sed debet patienter ferre se emendare. Sunt tamen quidam qui dum reprehendunt habent se ad instar cere. quidam ad instar lapidis. et quidam ad instar spine. Cera enim si tangitur statim cedit. sic plerique si aliquo verbo correptionis tanguntur statim cedunt. id est statim se corrigunt et acquiescunt. Lapis enim si tangitur non cedit. non tamen ledit. sic plerique si corriguntur non acquiescunt. tamen reprehendenti iniuriosa verba non inferunt. Spina autem si tangitur non cedit et insuper pungit. sic plerique si reprehenduntur nec se corrigunt. et insuper in reprehendentem verba prumeliosa perferunt. Tercio christus in sua ascensione habuit magnam sublimitatem. cum dicit. Assumptus est in celum. Non enim fuit translat? sicut enoch nec subuectus sicut ioseph helias. nec raptus sicut paulus. sed fuit assumptus. id est a seipso sumptus. Per hanc autem quadruplicem differentiam ascendentium ostendit quadruplex gradus ascendendi in deum. Primus est quo quis transferretur de culpa in gratiam. Iste

significatur per translationem enoch in paradysum. Gratia enim dei dicitur paradysus. **Ecc. xliij.** Gratia dei sicut paradysus benedictionis. Significatur etiam per transitum filiorum israel de egipto in desertum. Secundus gradus est quo quis subuehitur de gratia incipiente in gratiam perficientem. et iste significatur per subuersionem. hebraei in curru igneo. quia gratia dei est. **Cur?** igneus. quia per bona opera currere nos facit. et in amorem dei et proximi nos incendit. Significatur etiam per secundum transitum filiorum israel quo de mansionem in mansionem transferunt. Tercius gradus est quo quis in deum rapitur per contemplationem et deificationem et iste significatur per raptum pauli quousque ad tertium celum raptus est. et etiam iste significatur per tertium transitum filiorum israel quo de mansionibus in terrarum promissionis perueniunt. Quartus gradus est quo quis transit de contemplatione vie ad contemplationem patrie. Iste significatur per assumptionem christi in celum. Significatur etiam per quartum transitum filiorum israel quo de terra promissionis per multa certamina in iherusalem. id est in visionem pacis postmodum perueniunt. Quinto christus in sua ascensione ostendit suam maiestatem cum dicitur. Et sedet ad dexteram dei. Ex eo autem quod ad dexteram dei sedet fiduciam habemus ascendendi ad deum. Primo quia ibi est caput nostrum glorificatum. Et ideo sibi membra coniungit. Deforme enim esset caput sine membris. et qui recipit caput in hospitio suo et ipse membris hospitium non negabit. **Iohannis. iij.** Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. caput scilicet cum membris. Secundo quia habemus ibi fidelem socium qui manum nobis porrigit et nos ad se trahit. **Deutero. xxxij.** Ascensor celum auxiliator tuus. **Psalm.** Tenuisti manum dexteram meam. **Canti. j.** Traxit me post te. Tercio quia ibi habemus sapientem ad

uocatum qui pro nobis allegationes proponit. **j. Iohannis. ij.** Si quis peccauerit ad uocatum habemus apud patrem iheresum christum iustum. Sic enim in ipso mundo fuit cum peccatoribus apud patrem per eis aduocando. in iudicio autem erit contra peccatores. ipsos puniendo. Quarto quia ibi habemus precursorem primum qui uiam nobis ostendit. **Matth. x.** Ascendite pandens iter ante eos. Quinto quia ibi habemus fratrum nostrorum collegium qui suis orationibus et meritis nos perducunt. **Psalm.** Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxilium mihi. Unde dicunt illi qui sunt in iherusalem. id est in dei uisione illis qui sunt in egipto. id est in hoc mundo illud quod habet. **ij. Macha. j.** Dic sumus orantes pro uobis.

De eodem

Sermo. vj.

Signa autem eos qui crediderunt hec sequuntur. Non uult dicere dominus quod quicumque credit omnia ista signa facit. sed quod ista signa inter fideles et credentes fiant. Nam alius efficit demonia. alius fugat serpentes. alius loquitur linguis. alius uenenum bibit et sibi non nocet. alius sanat egrotos. Ista autem quinquem signa intelliguntur litteraliter vel spiritualiter. Si litteraliter intelliguntur tunc in ecclesia primitiua fiebant frequenter. modo autem raro. Ecclesia autem habuit triplicem statum scilicet primitiuum. modernum et ultimum. In statu primitiuo frequenter fiebant. modo autem raro. et in ultimo statu. id est antichristi fuerunt rarissime. In primitiuo namque statu frequenter fiebant. quia et secundum **Crisostomum** uetera miracula habent admirationem. utilitatem et necessitatem. Tunc igitur miracula fieri oportebat secundum **Crisostomum** et propter admirationem. quia homines erant sensibilibus assueti. et ideo erant aliquibus mirabilibus subleuandi. Et propter utilitatem. quia et tunc multi erant in

q. ij.

firmi et a demonibus oppressi. Et propter necessitatem. quod erant infideles et erroribus inuoluti. **M**oderuo autem tempore raro fiunt. cum hoc non suadeat necessitas. ex eo quod sunt fideles. Aliqui tamen fiunt quia hoc suadet utilitas. quod aliqui inveniuntur aliqui infirmi et indigentes. Quare autem modo non fiant ita indifferenter sicut in primitiva ecclesia triplex est ratio. Una est propter fidei firmamentum. quod modo ecclesia est in fide firmata et stabilita. Istam rationem assignat **Bernardus**. Ponens exemplum de planta cui ramulus aquam infundimus quousque in terra pualuisse videamus. **S**ecundo propter utile mundi exemplum. istam rationem assignat **Augustinus** de civitate dei dicens. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirat magnus est ipse prodigium. qui mundo credente non credit. **T**ercio propter fidei maius meritum. quod secundum **Gregorium**. Fides non habet meritum ubi humana ratio prebet experimentum. In fine autem rarissime fient triplici de causa secundum **Iheronimum**. Siue ut persequentium manus audacior efficiat. siue ut sanctorum patientia commode ostendat. **S**ecundo hoc miracula possunt intelligi spiritualiter. et tunc ista miracula quotidie fiunt. Primo namque sunt multi qui demonia eiciunt. Avarus enim habet demonem qui vocatur mammon. sed luxuriosus demonem habet qui vocatur asmodeus. Superbus vero habet demonem qui vocatur lucifer. Variis temptacionibus agitur habet demonem qui vocatur beelzebub qui est deus muscarum. Si ergo aliquis sanctus vir per suam predicacionem vel oracionem convertit aliquem avarum vel usurarium expellit mammonem. si convertit luxuriosum expellit asmodeum. si vero convertit superbum expellit luciferum. si autem convertit temptaciones varias patientem expellit beelzebub. **S**ecundo linguis loquitur novis. Deus namque tres puincias fecit. scilicet celestem. terrestrem et infernalem. Linguagium puincie celestis

est deum laudare. terrestris vero est de divinis tractare. Infernalis vero mentiri et blasphemare. Quando enim aliquis conversus fuerat loqui linguagium puincie terrestris tota die de terrenis tractando. vel quando quis conversus fuerat loqui linguagium puincie infernalis mentiendo et detrahendo. et conversus incipit loqui linguagium puincie celestis. deum laudando et primum edificando. iste loquitur linguis novis. **T**ercio serpentes tollunt. serpens aliquando tollitur per amputacionem caude et tunc adhuc vivit. aliquando per amputacionem corporis et tunc similiter vivit. aliquando per contritionem capitis et tunc omnino extinctus est. Quidam igitur tollunt serpentem quantum ad amputacionem caude qui dimittunt peccatum quantum ad actum exteriorum et non quantum ad actum interiorum scilicet cogitatum et sensum. et isti imperfecte tollunt. quidam tollunt serpentem quantum ad amputacionem corporis qui dimittunt peccatum quantum ad actum et quantum ad sensum sed non quantum ad cogitatum. et isti semiplene tollunt. Qui vero tollunt ipsum serpentem quantum ad contritionem capitis qui dimittunt peccatum quantum ad actum et quantum ad sensum et quantum ad cogitatum. et isti perfecte tollunt. **Q**uarto autem si mortifex quid biberint non eis nocet. mortifex autem non nocet quando gustatur sed non bibitur. aut quando bibitur sed statim rejicitur. aut quando tyriacere medium adhibetur. Quando igitur diabolus aliquam mortiferam suggestionem alicui offert his tribus casibus nocere non potest. **P**rimo quando quis illam gustat. sed non bibit hoc est sentit sed non consentit. quia statim diabolo resistit et contradicit. **Jacobi** iii. cap. Resistite diabolo et fugiet a vobis. **S**ecundo quando quis bibit per consensum et operationem. sed statim rejicit per confessionem. **Proverbia** xxi. cap. Verba congregantis filii hominis. Ille enim qui peccata congregat per operationem statim de

tet ea extirpare per confessionem. Tercio quando recurrit ad tyriacham. i. ad sanguinem iuxta christi. Augusti. Effusus est sanguis medici et facta est medicina frenetici. Quinto super egros manus imponunt et bene habebunt. Sunt quidam sani. quidam infirmi. quidam mortui. quidam feridi. Sani sunt iusti. infirmi sunt de nobis. mortui sunt peccatores. feridi sunt diu in peccatis permanentes. Sancti igitur vult aliquando ponunt manus suorum meritorum. i. suorum suffragiorum super sanos non ut sanent sed ut in sanitate perseverent et maiorem gratiam mereantur. Acti. viij. Tunc imponebant super illos manus et accipiebant spiritum sanctum. Imponunt super debiles et infirmos ut ad bene operandum fortificentur. Iaco. v. Infirma quis in vobis inducat presbiteros ecclesie etc. Imponunt super mortuos ut a peccatis vivificentur. quod significatum est Mat. ix. vbi dominus tenuit manum puellae mortuae. dicens. Tibi dico surge. Imponunt super sanctos ut misericorditer reparentur. sicut patet in lazaro quattuordecim et ferido quem deus misericorditer suscitavit.

De translatione beati Dominici.
Sermo primus.

Ante translationem habuit enoch placuisse deo. Hebr. xj. Hodie festum translationis dominici celebramus. Commendatur autem in verbis premissis a tribus. Primo a sui sacra dedicatione cum dicitur Enoch. quod interpretatur de dedicatione. Dedicavit enim omnium domino sua et se. Sua quidem omnia christo domino dedicavit. propter ipsum omnia relinquendo. et pauperibus largiendo. Dedicavit et se domino iuxta christum. utpote totam vitam suam in dei obsequio mancipando. scilicet suam puericiam. suam iuventutem. et totam suam reliquam etatem.

Flam et in puericia sua sepe lectum dimisit et super terram iacuit et accubuit. Proverbio. xx. Ex suis studiis intelligitur puer. In iuventute lascivias iuvenum declinavit. et libros vendens precium pauperibus erogavit. Ecc. xxij. Que in iuventute non congregasti quomodo inuenies in senectute. Totam etiam reliquam suam etatem in ordine laudabiliter consummavit. Sapientie. iij. Consummatus in brevi explevit tempora multa etc. Secundo commendatur a divina approbatione cum dicitur placuisse deo. Placuit autem deo per tria scilicet per ordinem quem instituit. per animas quas convertit. et per sensualitatem quam rationi servare coegit. De his tribus dicitur Ecc. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt concordia fratrum. hoc quantum ad ordinem quem instituit. ubi unam animam et unum corpus esse voluit. Amor proximorum hoc quantum ad animas quas convertit. quas ad dei et primi dilectionem et amorem adduxit. Et vir et mulier sibi beneplacientes. hoc quantum ad sensualitatem quam rationi servare coegit. Tercio commendatur a miraculosa translatione cum dicitur. Ante translationem testimonium habuit. Dedit quidem testimonium ante translationem. et post translationem et in ipsa translatione. Ante translationem quidem scilicet dum viveret in mundo habuit triplex testimonium. De quo dicitur Job. v. Tres sunt qui testimonium dant in terra scilicet spiritus. aqua et sanguis. Sic quidem beato dominico adhuc vivente in terris testimonium dedit spiritus sanctus replendo ipsum carismate omnium gratiarum. Ecc. xv. Implevit eum spiritu sapientie et intellectus. Testimonium sibi dedit aqua in abundantia lacrimarum. Unde dicitur in legenda sua. Specialem gratiam sibi dederat deus. flere pro peccatoribus miseris et afflictis. Testimonium etiam sibi dederat sanguis. id est servans martiri desiderium. Unde dicitur de eo. Sciebat servus christi martiri

q. iij.